rebus tuis, tam per terram quam per aquas transire
stare et redire libere et sine omni
exactione et impedimento permittant. Nullam
tibi molestiam inferendo, prout nostre regie
maiestati voluerint complacere. Presencium sub

Littera familiaritatis. Alia

Fridericus etc. Honorabili ac Egregio Dietmaro
Gundernpach familiari nostro fideli et
sincere dilecto graciam Regiam et omne bonum. Ad
probatam tue probitatis et circumspectionis legalitatis
constanciam eximieque tue sinceritatis affectum
quem ad nos et sacrum Romanum Imperium
ac inclitam domum Austrie gerere dinosceris,
aliaque multiplicia obsequiorum ac virtutum merita
quibus persona tua laudabiliter decoratur
aciem nostre mentis convertimus racionabiliter
inducimur, ut personam tuam benivo-
lencia prosequentes congruis honoribus
attollamus. Premissorum igitur intuitu te
prefatum Dietmarum animo deliberato et
ex certa sciencia in familiarem nostrum domesticum
et continuum commensalem graciose assumpsimus
et assumimus per presentes, te ceterorum nostrorum
familiarium domesticorum continuorumque commen-
salium nostro ac cetui benigniter aggregantes,
decernentes et expresse volentes hoc nostro
Romano Regio statuentes edicto quod tu ex-
nunc in antea universis et singulis
honoribus libertatibus immunitatibus
iuribus privilegiis graciis et indultis
ubilibet locorum gaudere et potiri debeas
atque possis, quibus ceteri familiares nostri